



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Prosynapantesis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

quod idem nomen postrema parte membri, aut eadem quaeq; pars orationis redditur, est connexa, unde id membrum. aut is ambitus cepit, vt si velis hoc modo loqui, cum quid quasi indignetur, aut doleas: Tibi sceleratissime omnium, imputare omnes calamitates suas debet Respub. tibi. Aut sic: Hæc ô Dij immortales, in ciuitate moliri ausus est Glaucia?

x. ut p. 1

Profapodosis. Hoc schema duobus modis fieri aut tractari potest. Nam sententijs duabus, aut pluribus propositis, sua cuique ratio vel posterius reddetur, vel statim sub vnaquaque sententia subinjetur. Quibus posterius ratio subinfertur, huiusmodi sunt, Demosthenis. Nô enim pari ratione Philippus, atq; nos, diuersis rebus medetur: sed ille vsque cò nititur, quoad restituat, atque exuperet. Nos contra, statim vinci meditamur. Ille enim pro laude, sicut pro patria, præliatur: nobis autem si nihil accedit mali, satis, ac nimium boni videtur. Cum singulis sententijs statim ratio subiungitur, hoc exemplo Demetrii Phalerei. Nam quod beneficium tempore, & cupienti datur, gratum est: vtilitas enim, ac voluntas accipiendi, honorem dantis facit ampliorem. At quod sero, & desideranti dari datur, ingratum est: amisso enim tempore, vtilitatis, est dicit accipiendi cupiditas.

Profynapantesis.

προσυναπαιτησις, occurfus, cum duobus nominibus positis, iterum ad eadem sit recursus: Alexâder Rhetor, qui eiusmodi affert ex eplû; Ἐβόντων Ἀθηναίων, & Λακεδαιμονίων. Λακεδαιμονίων μὲν ἔργα βιάσασθαι ἡ γουμένῃ, Ἀθηναίων δὲ ὀμνισοκλήτες.

Prosofopeia.

x. ut p. 8.

Hoc fit, cum personas rebus constituimus, quæ sine personis sunt, aut eorum hominum, qui fuerunt, tanquam viuorum, & presentium actionem, & sermonem deformamus. Ἄτις ἡ προσωποποιούσας τῆς ἡσυχίας τὸ βῆμα, & ὁ ἦθ' ὁ προσωποποιούμενῃ. Orig. contra Celsum l. 7. p. 366. Id est huiusmodi. Nam cum esudelitatis mater est auaritia, tum pater furor: ea huic facinori coniuncta, parit odium, inde item nascitur exitium. Hoc genere vsi sunt poætæ, qui fabulas scripserunt in prologis: nam humana figura produxerunt personas, quæ in veritate artis, & voluntatis sunt, non personæ.

Hyperide

Alterum genus est, ita vt fecit. Hyperides,

cum de ado lescente impudico diceret.

Quid si tandem, iudices, apud ipsam naturâ, hanc causam agerem? atque ita diuisit mulierem, virilemque personam, vt suum cuique, opus, atq; officium distribueret? ei ego hunc ostenderem, muliebri istu esse suo corpore abuium? nonne vehementissimè admiraretur, si quisquam non gratissimum munus arbitraretur, virum se natum: sed deprauiato naturæ beneficio in mulierē cõuerteret se propter asse?

Item Charisij, Existimate quæso Remphic adesse, & pro vestra libertate supplicem vobis accedere: simul & liberos vestros, & matres familias amplexâ tenere: parentes vestros a tate confectos ad se applicare: redigere vos in memoriam, qualem se à maioribus acceperitis: obsecrare pro sacris, ac delubris Deorum immortalium, pro parentum monumentis, pro vobis ipsis, & salute vestra. Hæc si præfens agit, vt dixi, respub. quid animi estis habituri, quæro.

Prosofopeia est personæ confectio. Hæc figura plurimum in se continet dignitatis, cū temp. ipsam loquentem inducimur, aut defunctos aliquos quasi excitamus ab inferis, & in conspectu iudicis collocantes, oratione hos circumdamus. Talis est illa pro Cælio, Appij cæci persona inducta contra Clodium ita dicens.

Aquila. 16

Muliet, quid tibi cum Cælio? quid cum homine adulescentulo? quid cum alieno? Sed enim, quæ nos ex nostra persona dicentes vix ferant, iudices, supposita dignitate personæ libentius dici, & conuenientius poterunt.

Prosopeon.

Προσοπίων ἔσθ' ἄλλοις alij confundunt cum apostrophe, fit vbi sermo diuertitur ad secundam personam. φωνὴ κακῆ κινεῖται, & ἄρειοβλα ἀλλήνοισι. Longin. περὶ ὑψέως, diceret indefessos, & indomitos inter se.

Prosimesis.

πρόσμιμνις electio vertitur à Trapezuntio.

Prostaxis.

Iussio, cum sententia imperandi modo confertur.

Protome.

πρότοιμή πρόξις orationis, quàm à reticentia distinguit Cic. 3. de orat. Sed nimis vitæo, commoueri videtur adulescens: ad mereuerat.

Protozeugma.

Cum verbum, quo res comprehenditur primum collocatur. Vt, Desflorescit formæ dige